

ARTICULUS V.

Examinatur doctrina eujusdam recentioris Scotista de actione, & passione.

solute, sed sicut quedam circumstantia, & realia intervalla, nec sunt relatiopes, aut habitudines, licet aliquando sic nominentur, quia sunt formae non absolutae, & ceterum ex hac sola solutione constat doctrinam Nominalium de actione, & passione, aliterque ultimis praedicamentis carere solido fundamento, & in solis verbis consistere, concedunt enim non esse formas absolutas, & rursus intelligi non posse sine duobus extremis, & postea negant esse relationes, & habitudines, sed qua consequentia non video, nam forma, qua non est de se absoluta, & nequit intelligi sine duobus extremis, sane est relativa, hic enim est conceptus forme relativae, ut intelligi nequeat, nisi per ordinem unius ad aliud, & per modum intervalli inter duo extrema, si ergo actio, & passio, ac etiam alia ultima praedicamenta habeat sic intelligi, sequitur necessarium esse formas relativas, tum quia accidens praedicamentale sufficienter dividitur in absolutum, & relativum, si ergo actio, & passio, ac alia ultima praedicamenta non sunt formae absolutae, sequitur esse relativas. Neque actio in ratione productionis ob id eliminari debet a praedicamento relationis, quia non refertur simpliciter ad terminum, sed causat ipsum, ut ait Aurel. relatio autem non est activa. Nam jam responsum est ex Scot. a. d. 1. q. 1. r. §. ad argumentum, quod licet relatio nequeat esse principium formale producens, hoc enim est virtus absoluta agentis potest tamen esse principium formale denominandi aliquid agentis, & producens, & in hoc sensu praecise dicitur causare suum terminum, quod non obstat, nec refert ad terminum, sicut aliae relationes.

47. Tertio principaliter arguit Ovviad. contr. 12. Phisic. punct. 3. num. 3. probans de ratione actionis non esse subiectari in agente causa prima vere est causa, & in actu secundo constituitur causans, & efficiens per actionem non recepat in ipsa, sed in extraneo subiecto, ergo causa secunda poterit eodem modo efficiens constitui, & in actu secundo, causans per actionem non recepat in illa, sed in alio subiecto. Si dicitur speciale esse rationem de prima causa, quia in illa non potest subiectari actio, cuius secunda est capax. Contra inquit, quia ipse non infert causam secundam non recipere actionem ex eo immediate, quod illa prima non recipiat, sed infert posse causam secundam constitui a quo causante per actionem in ipsa non recepat, sicut constituitur prima, quia si de ratione principii efficientis in actu secundo esset actionem recipi in principio, quod efficiens, constituit, non potest actio constituitur efficiens effectivum illud, in quo non potest recipi, ergo actio, quae non potest recipi in Deo, non potest Deum efficiens constituitur, atqui potest, ergo non est de ratione principii efficientis actionem in se habere.

Respondetur hoc esse argumentum Aureoli iam supra solutum, dicitur enim Deum efficiens, & in actu secundo causans per suum velles effectus fundamentaliter, quia hoc est virtus absoluta prima, ad quam non refertur immediatè sequitur effectus, formaliter vero non dicitur intrinsecè causans, sed tantum extrinsecè, & hoc quidem non per actionem recepat in creatura aut alium Ovviad. sed per terminationem dependentiae creaturae ad ipsum, sicut patris dicitur visus non per habitudinem visus ad ipsum, sed per terminationem talis habitudinis, ita Doctor 4. d. 1. c. 6. r. l. it. X. itaque verum est non esse de ratione principii efficientis in actu secundo, ut est commune ad primam, & secundam causam, quod formaliter constituitur in esse talis per actionem in ipso formaliter, & intrinsecè recepat, quia causa prima non dicitur efficiens formaliter, nisi per extrinsecam denominationem; sed falsum est causam primam, ita extrinsecè denominari, & constitui per actionem recepat in creatura, quia repugnat actioni, ut actio est, in passu recipi, & idem nec prima, nec causa secunda potest esse efficiens denominari ab actione recepta in passu, quod si semel concederetur, fateor argumentum vim aliquam habiturum, sed adhuc tamen evadi posset per solutionem inter arguendum aliam, disparatem esse rationem de causa prima, & secunda, quia prima causa dicitur forma realiter efficiens per extrinsecam denominationem, & idem talis denominatio sumi potest ab actione recepta in creatura; at secunda causa, cum sit nata ob suam potentialitatem recipere relationem, dici debet efficiens per intrinsecam denominationem, & hoc salvari nequit, nisi per actionem in ipsa intrinsecè repertam.

Postremo arguit Ariag. disp. 3. Phisic. sed. 3. actio causae efficientis, qua producit formam in subiecto, non distinguitur realiter a causalitate causae materialis, per quam occurritur cum efficiente ad producendam formam, sed illa causalitas materialis non est in agente, sed in passu, ergo &c. Resp. negando majorem, sunt enim illae causalitates realiter distinctae, & in subiectis recipi distinctis, imo ab invicem separantur, nam postquam forma ab agente educat est brevicio materiae, cessat causalitas agentis, & perseverat adhuc causalitas materialis, cum forma materialis ab ea dependeat nuda in fieri, sed etiam in conservari. Quod si eadem concederetur assumptum de identificatione causalitatis efficientis, & materialis, adhuc neganda foret consequentia, quia efficientis esse in passu, cur potius inferri debeat causalitatem efficientis esse in passu, quam causalitatem materialem esse in agente, nam ratione talis identitatis non quoque hoc secundum inferre possemus.

eam facit ille discursus. An autem vera sint illae duae educationes, ait Poncius, istud rationibus probandum, aut improbandum esse, quibus oritur Auditor ad probandum, aut improbandum, quod datur paternitas inter Patrem, & Filium, & sequens necessarium ad illos supposita productione unius ab altero.

49. Totus hic Poncius discursus diligenter indiget examine, & in primis quod ait de actione, tertio modo sumpta per relationem scilicet productis ad productum, fateor etiam ego valde probabile esse inter producents, & productum non dari alias relationes reales distinctas ad ipsa actione productiva, & passione ipsi in producto correspondente, hoc enim ante ipsum asserui, ac illis eisdem rationibus probavi disp. 8. Log. qu. 10. art. 2. explicando actionem modum relativorum, qua de causa dixi ibidem fundamentum, & filiationem in creaturis res vera non importat reales relationes per modum vere, ac realis dependentiae unius ab alio, sed potius extrinsecas denominationes defumptas ex actione generativa, qua in generante praecessit, & passione illi correspondente in genito, & quod hoc Poncio gratias refero, quod, & meam amplexus sit opinionem, & rationes pro ea, quae tamen quibusdam aliis Scotistis non vim eorum rationum ad sufficientiam ex dependentibus adhuc placere non potuit cum interim, nec ad eas rationes respondeat, nec oppositum solida ratione probent, fed etiam ex communi omnium conceptu, qui rationem praesertim in schola nostra paternitatem, & filiationem etiam in creaturis esse reales relationes de praedicamento ad aliquid incidenter asserimus. Ceterum quod inquit, & disp. 15. cit. num. 66. & disp. 17. n. 20. & 21. actionem sumptam per relationem productis ad productum, & passione etiam correspondente in effectu pertinere ad praedicamentum adionis, & passionis, non autem relationis, hoc est manifeste contra Doctorem, & Arist. nam in 4. loc. cit. d. 1. q. 1. lit. G. palam docet respectum productis ad productum, & alium et correspondente in effectu, non esse de genere actionis, & passionis, sed relationis, & pertinere ad praedicamentum ad aliquid. Neque valeat effugium illud Poncii Doctorem loqui de relationibus productis, & producti permanentibus, quales communiter censentur paternitas, & filio, non autem de transeuntibus cum ipso fieri rerum. Non valet, imò est merum inventum ad eludendam Scoti literam, quae expressè loquitur de respectu productis, & producti interveniente in iplo fieri rerum, legatur Doctor ibidem sub lit. V. in solutione ad quintam principalem, ubi dicitur respectus productis, & producti pertinentes ad fieri rerum a respectibus paternitatis, & filiationis communitatis fieri in facto esse secundum communem opinionem, & respectum productis, & producti etiam in eo sensu inquit non esse proprie de genere actionis, sed relationis, vana igitur est illa explicatio Doctoris, & ex ipso contextu constat illis. Tum quia sic etiam loquitur Arist. cum enim 5. Met. cap. 15. enumerat rationes secundi modi ad praedicamentum ad aliquid pertinentes, nuda recenset relationes dependentiae, quae rem in facto esse comitantur, veluti quod fecit, ad id, quod factum est, fed etiam relationes actualis dependentiae pertinentes ad ipsum fieri rerum, & quae explicantur per tempora de presenti, ergo neque illa explicatio est ad Arist. mentem.

48. Deinde hoc ipsum etiam ratione probatur, illa namque dicitur respectus intrinsecus adveniens, qui postis extrinsecè necessarius consequitur ad ea ex vi praecise positionis illorum nullo alio extrinsecè accedente, & per hoc respectus intrinsecus advenientes distinguuntur ab extrinsecis advenientibus, sed statim, ac ad absolutam in causa sequitur absolutum in effectu, consequitur ad producents, & cetera, ex Scot. a. d. 30. G. & d. 35. L. & d. 3. C. & d. 1. q. 2. E. neque hic rursus infirari potest evasio illa Ponciae, quod loquitur de respectu dependentiae producti ad producents permanente in facto esse, quae dicitur causa, & causatum permanent, qui praesupponit alium respectum dependentiae in fieri, nam ibi loquitur Doctor de omnino primo respectu dependentiae tam activa, quam passiva, qui in eodem instanti sequitur, quod effectus dimanat a causa, & cum dicit, quod tales respectus productis, & producti, causantis, & causati necessario, & indispensabiliter extrema illa consequuntur, fatendum est illos respectus non pertinere ad praedicamentum adionis, & passionis, sed relationis. Conf. quia respectus producti ad producents, ut notat Doctor 4. d. 13. qu. 1. F. sic fecit de dependentis ad illud, ad quod dependet, & hoc simpliciter secundum suum esse, sicut simpliciter accipit esse, fed relatio dependentiae simpliciter, sive activa, sive passiva est intrinsecè adveniens, ergo &c. Prob. minus, quia inter effectus a causa secunda pendentes aliqui sunt, quibus essentialiter dependet non solum in fieri, sed etiam in conservari, ut constat de lumine, sono &c. alii vero dependunt ab ea solum in eo in instanti, quod sunt non vero deinceps, quamvis autem aliqua possit esse habitudo de dependentia effectuum secundum generis, quod non fit intrinsecè adveniens, quia possunt extrema permanere in rerum natura sine tali relatione, nempe post primam omnino productionem, tamen de effectibus primi generis nullum videtur dubitandi locus, non enim dari potest lumen, quod a corpore luminoso non dependeat, ergo talis dependentia est relatio intrinsecè adveniens, quia necessarius consequitur extrema illa in esse posita, & necessario inter ea veritatur, neque dicas talem dependentiam esse luminis realiter identificatam quia certum

est tale lumen posse a solo Deo conservari destructo corpore luminoso, ergo talis dependentia tam passiva ex parte luminis, quam activa ex parte corporis luminosi est relatio praedicamentalis, non transcendentalis, & cum sequatur necessario extrema in esse posita, erit relatio intrinsecus, non autem extrinsecus adveniens; sed, & quod etiam talis sit relatio dependentiae effectuum secundum generis, qui solum in fieri causa secunda dependent ostendit disp. 3. Log. qu. 20. art. 2. explicando secundum modum relativorum. Quod autem dixi de respectu productionis, hoc idem quoque affirmo de respectu educationis, cum haec quoque fit quaedam productio, & dependentiam in esse simpliciter importet, ut mox ex Doctore subiciam.

49. Ex hoc inferitur falsum esse aliud Poncii dictum, quod nimirum actio educitiva, vel inductiva, ac transmutativa sint realiter identificatae, & eundem importent respectum, sunt quidem actiones regulariter inter se connexae, non tamen realiter identificatae, quia actio transmutativa est respectus extrinsecus adveniens, educio autem, vel inductio intrinsecus adveniens, quod praesertim de educatione omnino negari non potest, cum sit quaedam respectus productionis, & dependentiae; dixi autem regulariter esse actiones inter se connexas, quia absolute loquendo dari posset educio formae de subiecto abique eius transmutatione, si privatio in eo non praecessisset duratione formam, quod necessarium esse ad transmutationem pluribus ostendi contra Poncium disp. 15. Phisic. qu. 2. Hoc etiam modum asserui, sed, & strenue probat Doctor ipse loc. cit. ad 1. q. 1. r. F. ubi ait agens creatum habere respectum ad terminum primum, sive totalem, qui dicitur productum, & ad terminum, qui dicitur forma educa, vel inducta, & ad subiectum illius formae, quod est passum, vel transmutatum. Quod autem illi respectus sint alii, & alii, probat Doctor, quia sunt ad alios, & alios terminos. Tum quia respectus correspondentes converso sunt omnino alii, & alii, respectus enim producti ad producents esset dependens ad illud, ad quod dependet, & hoc simpliciter secundum suum esse, licet simpliciter accipit esse, respectus autem transmutativus ad transmutantem non est simpliciter dependens secundum esse, transmutantem enim secundum suum esse simpliciter concitit cum agente, ut causa, nec accipit simpliciter esse ab iplo, fed tantum accipit esse secundum formam, quae inducit. Respectus etiam producti, & educa, patet quod sunt alii, est uterque fit dependens ad producente, quia illud primo dependet, quod primo accipit esse, & hoc est productum, illud secundario, vel per accidentis dependet, quod secundario accipit esse, & hoc est, vel educa, vel inductum; ita probat Doct. realem distinctionem horum respectuum, quae probationes non adducit Poncius.

51. Ad aliam rationem posset negari maior in sensu iam declarato,

rato interdum enim postis aliquibus præter fundamentum, & terminum, ut ait Lichet. cit. potest relatio extrinsecus adveniens necessario referre inter extrema, sed absolute neganda est minor, nam respectus educationis necessario sequitur ad calorem in subiecto, vel in subiecto productum, neque probatio est ad propositum, quia terminus educationis non est calor, vel quilibet alia forma absolute inspecta, sic enim est terminus productionis, non educationis, sed est forma producta in materia, & subiecto, licet autem ad formam productam, ut sic, non necessario sequitur respectus educationis, quia potest esse à Deo producta extra subiectum, ut dicitur in argumento tamen sequitur necessarium ad formam productam in subiecto, ad eum implicat formam esse in subiecto, aut est subiecto productam, & non dicere respectum educationis ad ducentem, atque ideo educio est respectus intrinsecus ad veniens, ut ait expressè Doctor, qui nullo pacto respicit explicationem, quam Poncius subdit, dum inquit causam educentem duplicem dicere educationem, vel inductionem, unam quæ comitatur rem in fieri, aliam in facto esse, & quasi in esse quiete, & de hac Doctorem esse locutum, cum eam dicit esse respectum intrinsecus advenientem. Non, inquam, valet explicatio ista, quia ut constat ex didis loquitur Doctor etiam de productione, & educatione, quæ comitatur rem in fieri, & non in facto esse tantum, tum quia non in omnibus effectibus datur alia dependetia à causa secunda præter illam, quam fundant, cum ab ea producitur, tum tandem quia in illis effectibus, in quibus utraque illa dependetia reperitur tam licet in fieri, quam in facto esse, seu conservari, eisdem rationibus sunt prima rei productio, & ejusdem conservatio, ut didimus est disp. 7. Physicæ, quæstion. 3. articulo. 3. numero. 44. atque ideo etiam in omnibus effectibus admittetur illa duplex productio, vel educio, quam Poncius comminiscitur, & de utraque idem iudicium ferri debet, quod nempe sint, vel non sint respectus intrinsecus advenientes, vel extrinsecus.

Secundo principaliter Poncius in eadem quæst. 3. cit. numero. 22. explicat definitionem actionis traditam ab Auctore lex principiorum, quod fit illa secundum, quam in id, quod subicitur, agere dicimus, & ait secundum Doctorem hanc definitionem esse bonam, non tamen comprehendere omnem omnino respectum, qui spectat ad hoc prædicamentum, sed prout comprehendit omnem actionem causæ efficientis, ut efficiens est. Ratio autem huius prædicamenti, ut comprehendente omnem respectum huius prædicamenti, est, quia informatio quasi activa causæ formalis, à qua dicitur actu conformare subiectum, spectat ad hoc prædicamentum, neque enim potest assignari aliud prædicamentum, ad quod spectet, & tamen non convenit ipsi proprie loquendo prædicta definitio, quia non est verum proprie loquendo, quod forma agat in materiam, quia enim causa efficiens dicitur proprie loquendo agere, ex usu Philofoforum, similiter concursus materię, quo insluit materialiter in formam, quæ ex potentia eius educitur, spectat ad hoc prædicamentum, & tamen propter eandem rationem non convenit ipsi prædicta definitio proprie loquendo. Ratio autem cur Scotus admittit prædictam definitionem, ut comprehendente omnes actiones causarum efficientium spectantes hoc prædicamentum, est, quod omnibus, & solis illis conveniat proprie loquendo, omnis enim, & sola causa efficiens actionis huius prædicamenti agit in id, quod subicitur.

Addit proinde inferius num. 23. quod si quis velit actionem definire, ut comprehendente omnem illud, quod spectat ad hoc prædicamentum, posse explicari, quod fit accidens, quo mediante formaliter aliquid communicat esse alteri; abstrahendo à modo, quo communicat illud esse, sive licet sit fiat per receptionem, sive per informationem, aut inhaesionem, sive sine receptione, aut inhaesionem, aut informationem, & hanc descriptionem probat esse bonam, quia omni, & soli actioni huius prædicamenti convenit, convenientem influxui, quo materia dat esse formæ, & informationi, qua forma informat materiam dando seipsam illi, & influxui quo efficiens producit quæcumque effectum, quem producit mediante accidente, sive illud producat transmutando, sive sine transmutatione. Actionem autem causæ efficientis, ut sic describit esse accidens, à quo actualiter denominatur producere aliquid, aut dare ipsi esse abique receptione, aut informatione eius, aut inhaesionem in ipso, quæ particula ad materialis, & formalis.

52. Totam rursus hanc doctrinam, quam tradidit Poncius, ut de mente Scoti hoc. cit. sepe cit. sic licet a. dist. 13. qu. 1. ego ibidem non reperio, innotuit oppositum, attem non sub ea definitione comprehendit omnem actionem de prædicta modo adductam, quia causa efficiens sicut ad duo comparari potest, nimirum ad effectum productum, & ad subiectum transmutatum, ita considerari potest, vel in ratione producens, vel in ratione transmutantis, itaque duplex actio convenit efficienti, ut sic actio productiva, & actio transmutativa, cum ergo sola actio transmutativa per eam definitionem explicetur, & adhuc prædicamentum pertinet productiva verò ad genus relationis, at sepe ibi Doct. inquit, saltem est sub ea definitione comprehendit omnem actionem causæ efficientis, ut efficiens est. Tum quia admisso etiam actionem productivam sub hoc prædicamento contineri, adhuc tamen fal-

sus est per eam definitionem explicari actionem productivam, quia per eam definitionem sola exprimitur habitudo agentis ad passum, & subiectum transmutatum, ut Doct. explicat, non autem ad effectum productum, neque enim agens dicitur agere in effectum, sed in subiectum, & passum, quod eius actioni subicitur recipiendo formam in ipso productam, sive id contingat cum mutatione subiecti, sive non, quod ideo dicit, quia licet regulariter tamen absolute loquendo potest forma induci in subiectum, quod duratione non præcesserit formam sub privatione, quo casu datur actio, & passio sine transmutatione subiecti, proprie dicta. Rursus neque ibidem ait Doct. definitionem. Potest etiam ad actionem non omnem respectum huius prædicamenti explicare, quia non convenit informationi activæ formæ, quæ tamen non ad aliud prædicamentum præter hoc spectare potest, nec convenit concursui materię, quo insluit in formam, nihil horum, inquam, habet Doct. loco cit. & saltem est concursus materię in formam ad hoc spectare prædicamentum, quia casualitas, ut sic, ut importare verum influxum in effectum est respectio intrinsecus adveniens, atque ideo dicitur spectat ad prædicamentum relationis, & pertinet ad secundum modum relatiivorum, informatio verò activa formæ, cum non importet veram casualitatem aliquid distincti effectus, sed solum ipsi exhibitionem, & communicationem materię, non spectat neque ad hoc prædicamentum actionis, nec relationis, sed habitus, ut didimus est disp. 8. Logicæ, quæst. 12. art. 2. in explicatione illius prædicamenti, sicut etiam contra informatio passiva sumpta pro simpliciter habitio, & receptione formæ præcedendo ab agente, ad idem spectat prædicamentum habitus, non autem passionis. Solum dubitative illud insinuat Doct. a. dist. 13. qu. 1. C. quærens enim ibi ad quod egredietur informatio activa, & passiva forme respondet, vide si forte ad genus passionis, ut sic passio dicat non tantum respectum passivi ad agens, sed ad formam, vel si forte ad genus actionis, ut sic actio dicat non tantum respectum agentis ad patiens, sed forme informatam ad illud, quod informatur, unde cum Doct. ibi dubitative loquatur, nisi certi inde haberi potest, sed standum est resolutioni datae loc. cit. in Logica.

Neque etiam definitio actionis à Poncio data, ut omnem actionem ad hoc prædicamentum spectantem comprehendat, satis idonea est, nam illi falso innititur fundamento Thomistico, quod actio productiva termini sub hoc continetur prædicamento, quod nullus negat Doct. loco cit. quia talis actio, cum sit relatio intrinsecus adveniens spectat ad prædicamentum relationis, non autem ad prædicamentum actionis, quod importat solum respectum extrinsecus advenientem, sola ergo actio transmutativa passiva, & quæ illi communicat esse, quodammodo secundum quod secundum formam, quæ inducitur, ad prædicamentum actionis spectat, illudque constituit, alia verò actiones, quibus communicatur esse simpliciter ad genus attemne relationis, & hæc est vera, & germana Doct. sententia, ut suis locis ostendimus in Logica, tum in Physica, unde qui volunt actiones vere productivas in hoc prædicamento reponere, planè non loquantur Scotice, sed Thomice, & ideo frustra laborat Poncius ampliando definitionem actionis, ut omnes actiones, quomodocumque communicativas esse alteri sub hoc comprehendat prædicamentum, quia non omnes tales actiones ad hoc prædicamentum spectant.

53. Tertio idem Auctor eadem quæst. 4. numero. 26. quærit, an actio sit aliquid medium inter efficiens, & effectum, & respondet conclusionem, prima quod quælibet causa aliqua producit aliquid effectum, qui non potest ab illa alia causa produci, tunc non datur actio media inter causam, & effectum, quia si esset aliqua necessitas, maxime ut haberetur denominatio nova producens in causa, & proinde in effectu, sed ad hoc non est necesse, ut ponatur aliquid tale, potest enim dici, quod causa denominatur produci ab ipsonem effectu qui seipso egreditur à tali causa, quod probat, quia in sententia admittente ad medium inter causam, & effectum, licet dicatur de novo illa causa, quod fit causa, à qua egreditur illa actio, & de actione quod fit egrediens à tali causa non tamen ponitur aliquid medium inter causam, & actionem, & ratio, quare non ponitur aliquid medium, est, quia actio illa non potest esse, nisi tali causa, quod fit potest, nulla esset ratio, quare non poneretur aliquid medium inter illam, & causam tam bene, quam ipsam ponitur inter causam, & effectum per ipsam productum, ergo quocumque effectus progressi nequit, nisi ab una causa determinata, tunc nulla media inter inter causam, & effectum, sed denominationes omnes provenire poterunt ab ipsam causa, & effectu. Deinde addit concl. 3. quod quando causa secunda producit aliquid effectum, qui potest ab alia causa sine ipsa produci, tunc requiritur actionem medium, ut dicatur formaliter producere illum, quod probat, quia nequit dari denominatio realis abfque forma denominante reali, quæ fit causa talis novæ denominationis, sed abfque alio intermedio inter causam, & effectum, non daretur una causa, unde oriretur illæ denominationes casualis, & casualis ergo, & probat minor quia illa denominatio casualis in igne v. g. causante calorem, non provenit ab ipso igne, nec a calore, nec ab utroque calore, nec ab utroque simuli, & respectu ad non esse immediate præcedens, fundato in calore, quia omnia illa possunt esse abfque illa denominatione, in casu se, quod calor productus ab

qua

uno igne non esset productus ab illo, sed ab alio igne, sed nihil aliud potest assignari, quod sit causa illius denominationis, nisi aliquid intermedium distinctum realiter ab omnibus illis, ergo nisi assignetur tale quid, non poterit dari causa illius denominationis realis.

Confirmatur, quia impossibile est aliquid præteritum finitum transire de novo, à contradictorio in contradictorium abfque aliqua mutatione intrinseca, vel extrinseca, sed ignis quando producit calorem transit à non esse producens ad esse producens, ergo debet dari aliquid de novo, ratione cuius ignis dicitur de novo producens, sed ex didis nihil assignari potest nisi aliquid intermedium distinctum ab igne, & calore etiam in simul sumptis, & posito respectu ad non esse immediate præcedens, ergo necessario est aliquid tale admittendum, & concludit hoc esse actionem ipsam, quam revera mediare asserit inter causam, & effectum, veluti via ad ipsum, & hic est communis dicendi modus omnium Recentiorum.

Hæc rursus Poncii doctrina matura indiget discussione, quamvis eam quod in conclusionibus habet, sit verum, non tamen videtur rectè probatum, verum est vitique quod habet in prima conclusione non dari actionem medium inter causam, & effectum, quæ ab ea ita determinatè procedit, ut nequeat ab alia produci, id tamen non est ob rationem ab ipso assignatam, aut saltem illa non est ratio à priori, vt postea conabitur num. 57. unde ad eam rationem potest negari minor, scilicet quod in casu illius conclusionis non sit necessaria actio media, vnde sumatur in causa nova denominatio casualis, cumque probat illam minorem ex nova actionis, quæ seipsa ab agente dimanare dicitur, & nulla alia media actione produci, atque ideo concludit idem pariter dici posse de effectu in casu conclusionis, potest rursus negari paritas, quia relatio actionis, & productionis est formalitas, & modus à natura insitutus ad denominationem aliquid formaliter causans, atque ideo in eo denominandi ordine est ita quo, ut non possit esse sequod, vt didimus est disp. 7. Physicæ, 2. art. de effectu etiam à determinata causa procedente ita affirmare non licet, quia est entitativa causa producti, & talis denominationis formaliter luctepta, rursus licet etiam verum sit, quod asserit in alia conclusione, nempe requiri actionem medium inter causam, & effectum, qui ab alia produci potest, adhuc tamen eius conclusionis probatio non videtur rectè procedere, imò directe videtur destruere probationem primæ conclusionis, si namque est necessaria actio media, ut ab ea sumatur denominatio realis causæ, eadem quoque necessitas erit in casu primæ conclusionis, vel si ea necessitas ibi suppleri potest abfque actio media, poterit etiam suppleri in casu alterius conclusionis. Quod adhuc magis evidenter ostenditur ex confirmatione, quam adducit ad ipsa conclusionem, si enim impossibile est aliquid finitum denominari causans abfque actione media, quia non fit transitus à contradictorio in contradictorium sine mutatione, sanè hæc ratio vrget tam in casu primæ, quam alterius conclusionis, si nimirum supponatur aliquid effectum oriri determinatè ab aliqua causa secunda, ita quod nequeat ab alia produci, vt asserunt Thomistæ de actibus vitalibus, qui necessarii procedunt à potentia vitali.

54. Deinde absolute insulsum est, quod ait, cum necessaria est actio distincta ab entitate effectus, per quam ipse producatur, tunc vera actionem mediare inter causam, & effectum, hoc enim dicitur Scoti repugnare 1. d. 3. G. & d. 35. L. & 43. C. & 2. d. 1. q. 2. Eubi ait ad absolutum in causa seculi immediate absolutum in effectu, & quod nos fallit imaginatio, dum putamus relationem casualitatis mediare, veluti viam inter causam, & effectum quia vera sequitur, sicut vaiveraliter talia relatio ponitur, nisi postis extrinsecus, ergo Poncius concedat cum aliis Scotiis actionem dicere formaliter relationem, tenetur consequenter concedere hanc non præcedere suum terminum, imò potius consequi, unde magis consequenter loquitur Poncius, quam faciunt Recentiores, illi namque actionem dicunt vera mediare, veluti viam inter causam, & effectum, quia ponunt illum esse quod absolutum, & ad summum transcendentaliter relatum, si namque relationem esse dissidentem, sanè non affirmant præcedere terminum suum, quia relatio præsupponit extrema, inter que verlatur.

Respondet Poncius numer. 42. respectum, per quem producitur fundamentum, vel terminus non esse illius posteriori, actio autè est respectus, quo producitur suus terminus, & propterea non debet esse posterior ipso, & ait hanc resolutionem miram videri non debere, quia similis datur communitur in alia materia, quando enim dicitur quod paternitas non possit esse generatio, quia producitur filius æternus, quia paternitas cum sit relatio Patris ad filium, debet præsupponere ipsum filium, respondetur communitur non debet relationem debere præsupponere suum terminum, sed solas illas, quibus non producitur termini. Et inquit hoc præsertim in proposito de actione asserendum esse, quia non requiritur actioni nisi effectus ponatur in fieri, quare si effectus intelligeretur in fieri antecederet ad illum respectum, ille respectus nequit esse actio, imò frustra omnino ponitur. Ad auctoritatem vero Scoti, citat eam sic intelligendum, ut veli non necessarii prærequirit ad hoc ut effectus producatur aliquid absolutum ex parte causæ, quod fit actio, quia ad absolutum in causa sequitur absolutum in effectu, cum quo tamen fiat, quod præsupponi potest, & debet aliquis respectus, & quando dicit, quod respectus sequitur, lo-

Magistri. Metaph. P. 1. Tom. II.

quitur de respectibus intrinsecis advenientibus, qui non transeunt, sed permanent quamdiu manent extrema.

55. Hanc tamen solutionem, hæcque portentes tales relationes termino non indigentes iam consutavit. 5. Physicæ. q. 2. nam & tales relationes ante Poncium aliqui Scotiæ excogitaverunt, quæ terminus præcedant, veluti via acquisitiva illorum, nullus tamen præter Poncium vniquam admittit relationem, quæ suum præcedat fundamentum, imò & per quam suum fundamentum accipiat esse, qualem hic Auctor comminiscitur in allata solutione, nam relationes ex fundamento, aut in fundamento oriri dicuntur, non autem fundamenta ex relationibus, ideoque hæc responsio t. mira esse debet, quam monstruosum esset dicere aliquam relationem suum fundamentum præcedere, ac etiam producere, & omnino fallum est ad illam difficultatē de paternitate in divinis eo modo responderi, respondent enim omnes cum Scoto a. d. 1. q. 1. lit. S. quod licet paternitas sit simul natura cum filiatione, & Pater simul natura cum filio, adhuc tamen fiat, quod Pater fit prior origine filio, quia licet relativa sint simul natura, prout similitas dicit non posse esse sine inuicem, tamen cum hoc fiat prioritas originis quæ nihil aliud dicit, nisi à quo est aliud, imò Doct. in ea arguendo pro prima opinione quarto loco adducit argumentum, quod præmanibus habemus, quod probat actionem non esse solam relationem ad productum, quia tunc esse omnino simul, cum ipso, & non prior, nec haberet rationem causæ, ac inde inferri lit. S. in hoc verba respondent, Ad eam dicitur quod relatum non est causa sui correlativi, illud argumentum est contra omnem opinionem, nisi forte ponentem perfonas absolutas, finem omnes catholici concedunt ibi originem, concedunt etiam ibi principiationem perlonæ ad perlonam, vel oportet dicere, quod relatum fit principium sui correlativi, vel oportet dicere, quod prima perlonæ principians sit absoluta à relatione ad secundam, est ergo responsio, subdit Doct. quam dixi lib. 1. d. 2. q. 3. quod licet relativa sint simul natura, tamen cum hoc fiat prioritas originis, si tamen vera foret doctrina Poncii de illis relationibus, quæ terminum non præsupponunt, sed ipsum antecedunt, breviter poterat Doct. ab illa difficultate se extricare dicendo actionem, & productionem esse de numero illarum relationum, quæ terminum præcedunt, verum quia hæc doctrina omnino falsa est, & Doct. vult semper ignota, illam solutionem non adhibet, imò insinuando solutionem argumenti etiam iuxta alias vias, solutionem Poncii quam tamen dicit esse communem, non commemorat, eo quia (videri meo) in nulla via nec Scoti illarum, nec Thomistarum portentes ille relationes terminum præcedentes, vel fundamentum admitti possunt.

Cito vero, quam asserit Poncius ad Scoti auctoritatem, an sit idonea ex iplo contextu conjectari potest, cum enim ait ad absolutum in causa sequi immediate absolutum in effectu 2. d. 1. q. 2. D. præsertim excludere intendit aliquid respectum in causa precedentem effectum inquit enim, & quando arguitur contra istud per illam rationem, quod oportet habitudinem novam aliquid naturaliter præcedere in producente ad productum, dico licet dist. 35. 1. & alias frequenter, quod ad absolutum in causa immediata sequitur absolutum in effectu, & rursus infra subdit. Cum igitur dicit, quod quia causa dat esse, ideo effectus recipit esse, & non e converso, dico quod si intendas per ly quia reduplicationem relationis in causa, vel aliquam realitatem novam in causa, sive relativam, sive absolutam, propositio falsa est, &c. quod in pacto inquit Poncius Doctorem ibi excludere dum taxat aliquid absolutum ex parte causæ præcedens, non tamè aliquid respectum? certe aut Doctorem non vidit, aut Doctorem vult eludere, quos autem modo effectus dicitur media actione produci, & quo pacto, etiam actio pro respectu sumpta formaliter sit necessaria in ratione formæ denominatis, ut agens dicatur formaliter producens iam explicatum est supra n. 39.

56. Sed ex alio quoque capite conuenit actionem pro respectu sumptam effectum comitari debere, non vero præcedere, quia in eodem instanti debet esse actio, & passio, cum sint correlationes, & ideo simul natura, sed passio est posterior effectu, cum in eius entitate fundetur, & subicitur, ergo etiam, & actio, alias esset prior passione. Resp. Poncius insulsum in eodem principio, negando minorem, quia non omne, quod subicitur in subiecto aliquo, est posterior natura ipso, sed solum quæ subiciuntur in ipso, & non sunt rationes formales ponendi ipsum in esse sine essentia, & sine existentia, passio autem est ratio formalis ponendi terminum actionis existentem actu. Contra, quia nuper cum arguebatur de actione, concedebat relationem præcedentem suum terminum, & nunc loquendo de passione concedit relationem, quæ suum præcedat fundamentum, imò, & quod per ipsam subicitur in esse, quod adhuc est maius inconvenientia. Tum quia subiectum est causa materialis omnis formæ accidentalis tam absolute, quam relativæ, quæ in ipso recipitur, & ex eius potentia educitur, ergo debet esse prius natura omni tali forma, & consequenter passione, quæ in passio, seu effectu productivo fundatur. Mirabilia planè essent rationes, vt hoc argumentum dissolvat, nam negat passum, vel effectum productum esse causam materiam passionis, & passionem ex eius potentia deducit, sed certe hoc non accipit esse passio per creationem extra subiectum, opus est ut accipiat per educationem, neque ad existantiam creationem sufficit dependetia à subiecto, namquæ à posteriori, sed debet esse à priori, ergo passio si non creatur, in passio producitur, & dependet ab illo, veluti à priori, tanquam à causa materiali.

Vnde

Vnde tandem Poncius hac ratione convictus, & confternatus concludit, quod si dependentia a subiecto, tanquam a posteriori non sufficit ad impediendam creationem, propter hanc replicam potius dicendum est, quod non deat passio aliqua realiter distincta ab actione, sed quod eadem actio, quae est in agente, denominet, & agens agere, & effectum produci, sicut eadem voluntas denominat voluntatem volentem, & obiectum volitum, & sicut eadem visio denominat naturam humanam vnitam Verbo, & Verbum unitum naturae.

Verum autem, & passionem respectus importare pedum realiter distinctum, sed etiam oppositum docet manifeste Scotus loco super citato & ostendit art. 12. quod nihil absurdius concedere poterat, quam actionem, & passionem eundem importare respectum; & certe valde minus absurdum mihi videtur admittere, quod actio subiectetur in passio, quam concedere actionem & passionem esse eundem realiter respectum; Neque valet paritas assumpta de voluntate eadem denominante voluntatem volentem & obiectum volitum, quia ut ait Doctor q. 13. & alibi sepe volitio, aliaque vitales actiones, vt intellectio, visio, &c. non sunt actiones vere, & proprie dictae, sed grammaticaliter tantum, & secundum vocem, & ideo opus non est, vt eis vera passio correspondeat ex parte obiecti, sicut opus est in proposito, ex parte effectus, in his autem angustias Poncius incidit, ut si vellet actionem etiam pro respectu sumptam praecedere effectum, quia est causalitas eius, piaculum enim ei videtur, & doctorum aurium offensum, quod actio, qua dicitur effectus produci, ipsum committit, & sequatur, cum tamen postea ipse concedat subiectum passionis, quod est entitas effectus, ipsam passionem confectui, cuius est causa materialis, quod sane maius absurdum est; quia cum dicimus effectum per actionem produci, hoc intelligitur tantum in ratione formae denominantis, vt Doctor monuit a. d. 13. q. 1. P. non autem in ratione formae vere activae, quia relatio non est de genere activorum; sed cum dicimus subiectum esse causam materiale formae accidentalis in ipso receptae, ac eius potentia educata, sermo est de vera, & physica causalitate:

57 Regula autem dignoscendi, quando actio, vel passio distinguitur ab effectu producti realiter, vel ut alii dicunt, modaliter est haec, quod si effectus ita procedit a causa, ut nequeat habere esse nisi per habitudinem ad illam, & sine tali habitudine existere nequeat, tunc actio est cum ipso effectu identificata, si vero potest esse in rerum natura abique tali habitudine, nimirum quia potest ab alia causa produci, tunc contingendum est actionem, vel passionem esse ab ipso effectu realiter, vel modaliter distinctam, quia nimirum effectus esse potest sine habitudine ad talem causam, & cum habitudine ad aliam. Ratio a priori est, quia certissimum signum realiter distinctio inter aliqua duo est separatio possibilis inter illa, & ideo quando fundamentum esse potest sine aliqua relatione, inditium est distingui ab ea realiter, quando autem ab ea separari nequit, inditium est contra est realiter identitatis, praeterim si talis impossibilitas provenit ab intrinseco, ut explicatum est disp. 8. Log. qu. 2. & ideo aiebat Doctor 2. d. 2. q. 2. §. contra istud & 2. disp. 1. K. & 4. disp. 12. quae. 1. I. & alibi, quod omnis illa relatio est eadem fundamentum, sine qua fundamentum implicat esse ab intrinseco; ergo quanto effectus ita est ab una causa, vt idem numero potuit quoque esse ab alia causa, vel saltem potest fieri conservatur abique anteriori eius in fluxu, tunc realiter distinguitur ab actione productiva, per quam accipit esse, & tunc dicitur dependere a tali causa media a dione superaddita, non autem ita immediate seipso, & per essentiam suam; quando autem effectus ita determinat pendet ab aliqua causa, ut sine habitudine ad illam existere nequeat; tunc realiter identificatur cum actione, & seipso immediate dependet a tali causa, non autem per superadditam actionem distinctam realiter ab entitate effectus. Potest hoc declarari ex Scoto 4. disp. 12. qu. 2. I. exemplo illarum formarum, quae a suo subiecto dependent abque alia inhaerentia media ab ipsis distincta, sed immediate per suam entitatem, ut generatim dicitur in de omnibus entitatibus modalibus, sicut enim invenitur in genere causarum materialium aliqua forma sic necessario suo affixa subiecto, ut sine illo existere nequeat; ita in genere causarum efficientium contingere potest, ut aliquis effectus tam necessario semper actu a sua causa dependeat, quod prout esse non possit abque actuali continua dependentia ab ea, & ita se habent effectus omnes creati respectu Dei ideoque dependentia illorum ad causam primam dicitur esse illis realiter identificata.

58 Quarto tandem Poncius disputatione illa 17. Logicam qu. 4. de passione discursit servata proportione, & oppositione, sicut antea de actione, atque ideo eodem modo reserenda est doctrina, quam tradit de passione, sicut reiecta est doctrina ab ipso tradita de actione; neque in hoc est amplius immorandum; solum est advertendum quod in ea quae. 4. concl. 3. viationem subiecti ad formam reponit in predicamento passionis, illaque describit esse respectum extrinsecus advenientem, per quem subiectum movetur ab efficiente ad aliquam formam. Verum, quia vis certum sit unionem subiecti ad formam importare respectum extrinsecus advenientem, saltem est nihilominus spectare ad predicamentum passionis, & dicere respectum, per quem subiectum movetur ab efficiente ad formam, vno namque formalis, quia ipsa extrema vni dicuntur, pro extremis habet formam modo subiectum, & formam, & omnino ab agente praescin-

dit, vnde diversa est receptio, quae ponitur in predicamento passionis, & respicit agens, a quo subiectum formam recipit, quae quidem distinctio sufficienter colligitur ex diversis earum formalibus effectibus, quia a passione ver. grat. dicitur subiectum calefactum, per quod significatur habitu ad agens, sed ab unionem formali calidum cum subiecto dicitur subiectum, non calefactum, sed calidum, in qua denominatione sola exprimitur informatio, & receptio, non autem passio, quia tunc passio fit actus huius ab hoc, non dicitur receptio formae, quocumque modo, sed vt est in fieri ex vi agentis, vno autem denominat in facto esse, ac in esse quieto abque illo respectu ad agens, quae de causa d. 8. log. q. 12. art. 2. dicitur esse vniionem formalem non spectare ad praedicamentum passionis, sed habitus.

ARTICULUS VI.

Quomodo Actio, & Passio distinguantur.

59 Non nihil etiam de hoc dictum est disp. 7. Phys. cit. cetero, rum quia non est institutum haec difficultatem illi tractandum, non erit nobis eam nunc breviter resolvere. Communis sententia extra nos philosophos habet, & passionem non distingui realiter, sed tantum formaliter, quemadmodum Ar. significat 3. Phys. text. 8. & seq. & D. Thom. 1. p. q. 28. art. 3. ad 1. quem sequitur Suarez disp. 49. Metaph. sec. 1. cum tota Receptorum cetera asserentium actionem, & passionem eandem propter importare entitatem sub diversis solum formalitate, ut Ar. periphrasice explicuit in exemplo vis, nam eadem est via (inquit) quae ducit Thebis Athenas, & Athenis Thebas, sic eadem est via ab agente in passum, & a passio in agens, & idem egressus videtur esse per quem agens egreditur in effectum, & per quem effectus egreditur ab agente, imo Hurtad. d. 16. Met. sec. 1. n. 29. negat etiam distingui formaliter, atque enim idem rationibus utrumque pariter impugnari; loquuntur autem de actione in ratione productionis praesertim, vt ex eorum argumentis constat.

Oppositam sententiam docent Scotus, & Aureol. loc. cit. & quidem ex principiis nostris sequitur evidenter, flatu enim semel quod sit respectus reales, & non rationis, & quod actio in agente subiectetur, passio vero in patiente, sequitur quod inter se realiter distinguantur, & praedicamenta consequuntur realiter distincta, contingencia patet, ob id enim paternitas, & filio sitentur relationes ab invicem realiter distinctae, quia sunt in subiectis realiter distinctis. Sed quando etiam actio subiectetur in passio, non ob id situm iudicium ferri debet, quod actio & passio eundem dicant respectum, & eandem importent entitatem, quia in eodem subiecto, & super idem fundamentum possunt fundari, & subiecti relationes realiter distinctae, si nimirum ad terminos realiter ab invicem distinctos referantur; vnde minus congrue est hoc, quod actio sit in passio, vel in subiecto, infortat aliqui realem identitatem inter ipsos, neque enim ex hoc, quod accidencia sive absoluta, sive respectiva idem habent subiectum, inferri debet realiter identitatem inter illa, sed tantum quod sint idem subiecto. Neque oppositum deducitur ex Ar. loco citato quia, vt notat Aureol. loquitur ibi de via, seu ipso absoluto, quod est inter duo loca, illud enim idem est inter superiores, & inferiores, & e converso, sed facciptur via in absolute per modum cuiusdam intervalli variabitur via, ut Comm. exponit ibidem, & a superiori enim ad inferius dicitur descensus, & ab inferiori ad superius ascensus, sic idem in proposito est de actio ne, & passione. Sed alio adhuc modo, & clarius explicat Doct. illum textum, & Ar. dictum de via Thebis Athenas, & e contra in a. d. 13. citato, 1. lit. L. ait enim, quod via ibi non accipitur pro ipso ipso, seu magnitudine, super quam fit motus, sed pro ipso motu hinc illuc, & e converso, vt patet per aliud exemplum quod posuit de distantia hinc illuc, & illinc huc, qui motus sunt idem materialiter propter identitatem spatii, sed alii, & alii formaliter, ita docere, & dicere, agere, & pati sunt respectus materialiter idem propter identitatem formae, ratione cuius resultat in passio relatio passionis, et in agente relatio actionis, sed formaliter alii, et alii sunt, et in aliis subiectis, ita exponebamus hunc textum lib. 3. Phys. cum Doct. loc. cit.

In oppositum arguit. Primo Quid. contr. 2. Phys. pun. 2. necessaria non est duplex entitas, quarum vna sit actio, et altera passio, et optime utriusque formalitas eadem indivisibilem entitatem consuevit potest, ergo etc. Probat assumptum, passio illa, que fingitur ab actione distincta, necessario dependet a principio effectivo per quam principium efficiens effectum terminum, terminus dicitur factus, ergo actio, & passio realiter non distinguuntur, probat assumptum quia eadem actio, quae ego video Petrum, Petrus videtur me, nam apud Latinos vox activa, & passiva tantum terminatione differunt; Probant etiam ex actionibus intentionalibus, lud, visum, intellectum, & amatum, ergo actio ex eo, quod terminetur ad effectum, consistit illud formaliter effectum, & hoc eodem argumento opinatur Hurtad. nec vni probat inter actionem, & passionem realem indistinctio, sed etiam formalis, quod etiam Respondet ad hoc argumentum supra. n. 36. ad idem proband. 61 Arguendum est ad hoc argumentum Ovidii, quia illud non putat efficax ad suam conclusionem probandam, concedendo per eandem actionem, per quam agens producit calorem, calorem con-

etiam

etiam hoc dato, adhuc concedi debet passionem, si non a principio activo, saltem ab ipsa actione immediate, & per se dependere, nulla enim alia inter actionem, & passionem causalitas fingi potest, & sic adhuc conceditur passionem existentem in passio per se ipsam dependere ab actione existente in alio subiecto, sic ergo pariter concedi poterat, quod immediate subiectetur a principio effectivo, etiam subiectetur in passio.

60 Prohibuit argumentum solutione disputant hae auctores, quomodo causalitas efficientis; & aliquid id ea explicant, ut actio causae efficientis, five illa qua producit formam, five alia, terminetur ad ipsam materiam causalitatem, neque enim inveniuntur ad causalitatem unius causae detur causalitas alterius causae distinctae rationis, licet esset absurdum, quod ad causalitatem unius causae daretur causalitas alterius causae eiusdem ordinis, v. g. ad causalitatem causae materialis alia causalitas causae materialis, vel ad causalitatem causae efficientis alia causalitas causae efficientis. Alii dicunt, quod non terminatur actio efficientis ad illam, dependet tamen ab illa actione, quatenus non potest egredi ad causa materialis, nisi actio causae efficientis simul egrediatur ab ipsa, quo sensu etiam causalitas causae efficientis dependet a causalitate causae materialis, non quidem ita, ut illa ex illis ab altera dependeat, tanquam a priori, cum sint simul tempore, & natura, sed tanquam a concomitantibus. Erant Poncius hunc secundum modum ei magis placere, rum quia facillior est, tum quia cum non magis dependat a causalitate materialis ab efficiente, quam causalitas efficientis a materia, non magis anad deberet ad altera terminari, tanquam ad prius, quam e contra; & re vera ita loquitur Doct. 2. d. 37. q. 4. un. lit. V. ubi explicans dependentiam causae efficientis, & materialis a se invicem in causando communem effectum, ait in hoc consistere, quod simul natura causans, & causalitas unius causae coexistit causalitatem alterius causae, non enim materia materiam prius natura, quam efficiens efficiat, qual sine contradictione potest esse materiarum, & non effectum, vel e converso. Itaque ad argumentum, si teneatur hic secundum dicendi modum, patet nihil concludere, quia passio dependet ab agente, non quia eius actio ad ipsam terminetur, sed quia in causando communem effectum illam coexistit, ac proinde admittenda adhuc esset actio distincta a passione, per quam effectus accipiat esse; si vero teneatur primus dicendi modus; quem insinuat videtur Auctor sex principiorum, tum passionem descripsit, quod fit effectus, illa quoque actionis, tunc adhuc admittit debet actio a passione distincta, & cum inlatur passionem aequae immediate posse ab agente emanare, sicut actionem, negandum est, quia passio non est actus, & exercitium potentiae activae, sicut est actio, sed potentia passiva, atque ideo relatio actio immediate in agente resultat, ut actus eius, & correlatio passio eadem de causa resultat in passio.

Opus tamen est aperire aequivoocationem, in qua Receptoris laborant, dum passionem confundunt cum materiali causalitate, quod minime agendum est, nam causalitas materialis consistit in sustentatione formae materialis, quae perseverat, quamdiu compositum durat, passio vero consistit in receptione formae non quomodocumque sed ut est in fieri ex vi agentis, unde dicit respectum ad agens, hinc Doct. 2. d. 1. quae. 5. lit. S. exacte omnes alios respectus distinguens, inquit, quod in respectu illo, qui est materiae ad formam, ut receptivi ad perfectionem fundatur respectus passivi ad agens; distinguuntur ergo realiter causalitas materialis a passione; tum quia haec praeterit, & illa permanet, tum quia passio dicit respectum passivi ad agens, causalitas vero materialis dicit habitudinem ad formam, quam sustentat praescindendo ab agente. Ex quo solvitur argumentum, quo nititur Arriaz. disputatione octava Physic. section. 3. ubi brex eo probat passionem non distinguuntur ab actione, quia causalitas efficientis causae, quam dicit esse actionem, quae efficiens producit formam, est idem realiter cum causalitate materiae, quia subiectum eandem formam sustentat, seu materialiter producit, & hanc materiae causalitatem inquit esse passionem; solvitur inquam argumentum, quia habet maiorem, & minorem fallam; maiorem quidem, quia fallum est causalitatem materiae, & efficientis esse eandem, ut dictum est supra art. 4. in fine; minorem vero, quia rursum fallum est, ut nuper dictum est causalitatem materiae esse passionem de praedicamento passionis, cum potius fit de genere relationis, & sint ad diversos terminos, & una permaneat, altera vero transeat.

Secundo arguit Hurtad. d. 16. Met. sec. 4. per eandem actionem per quam principium efficiens effectum terminum, terminus dicitur factus, ergo actio, & passio realiter non distinguuntur, probat assumptum quia eadem actio, quae ego video Petrum, Petrus videtur me, nam apud Latinos vox activa, & passiva tantum terminatione differunt; Probant etiam ex actionibus intentionalibus, lud, visum, intellectum, & amatum, ergo actio ex eo, quod terminetur ad effectum, consistit illud formaliter effectum, & hoc eodem argumento opinatur Hurtad. nec vni probat inter actionem, & passionem realem indistinctio, sed etiam formalis, quod etiam Respondet ad hoc argumentum supra. n. 36. ad idem proband.

61 Arguendum est ad hoc argumentum Ovidii, quia illud non putat efficax ad suam conclusionem probandam, concedendo per eandem actionem, per quam agens producit calorem, calorem con-

stitui productum, & factum, & adhuc asserit illam entitatem non esse passionem, quia passio est id, per quod calor, seu terminus productus recipitur formaliter in subiecto, non vero id, per quod efficitur, ut videre est in actione creativa, per quam Angelus constituitur effectus, & a Deo productus, & tamen non est passio, quia per illum Angelus non constituitur receptus, & sicut in Angelo formalitas, quae illum factum constituit, non illud receptum reddit, sic de calore dicendum non constituit receptum per formam, per quam colligitur productus, sed per aliam cum hac conexam, & ab illa distinctam, per quam in subiecto recipitur, quae est passio. At Ovidius non videtur percipisse vim argumenti, sicut enim duplex actio potest in agente fundari, una respicit effectum in ratione producentis, & dicitur productio, alia qua respicit subiectum, in quo formam producit, & dicitur proprie actio transmutativa, ut in superioribus dictum est, ita duplex passio ei correspondet, una ex parte effectus, quae est productio passiva, altera ex parte subiecti recipientis talem formam productam, & talis est receptio formae in subiecto, non quomodocumque sed virtute agentis eam imprimens, & quomvis passio de praedicamento passionis sit passio hoc secundo modo dicta, sicut actio de praedicamento actionis est actio illi opposita praeterit in sententia nostra, tamen etiam alio modo iam explicato possunt, & solent sumi actio, & passio; immo in communi modo loquentibus frequentius ita usurpantur, & adhuc sub illo significato Receptoris, non autem in praedicamento relationis; in hoc ergo, sensu videtur argumentum Hurtad. procedere, nimirum de passione, ut correspondet ad actionem efficientem sub ratione producentis & in hoc sensu probat actionem, & passionem non importare entitates distinctas. Et quia adhuc in hoc sensu tenemus actionem, & passionem importare respectus realiter distinctos, & oppositos quia actio productio activa est in efficiente, & passio productio passiva in effectu, ideo respondendum est, ut diximus disp. 7. Phys. q. 3. art. 2. num. 39. ubi hoc argumentum Hurtad. cum aliis confirmationibus ex integro solutum est, cui nunc addendum est ex Doct. 4. d. 13. q. 1. lit. P. quod productum magis formaliter producitur productione passiva sui, quam productione activa agentis, quia productio activa agentis, proxime, & formaliter ipsum ad gens denominat producentem, non autem effectum productum.

Dices etiam in communi modo loquenti dici solere effectum produci per actionem agens Resp. id in sensu dicit, non quia actio fit forma proxime, & intrinsece effectum denominans productum, sed quatenus actio est forma, per quam causa efficiens proxime, & intrinsece denominatur producere. Dices opus non esse nova relatione, ut effectus dicitur forma liter productus, sed ab eadem actione, qua agens dicitur intrinsece producentem, posse effectum denominari extrinsece productum. Negat alsumptum, quia nequit assignari maior ratio, cur causa dici debeat formaliter, ac intrinsece producentem, quam effectus intrinsece productus; paritas vero assumpta ab Hurtad. de actionibus intentionalibus iam negata est supra numer. 6. quia illae non sunt actiones verae, & physicae, & habentes terminum pro productum, sed sunt actiones tantum grammaticales, & secundum vocem; reliqua pro argumenti solutione necessaria vide disput. 7. Phys. cit. numer. 39.

62 Tertio actio causae efficientis non distinguitur a motu, quia productio formae in subiecto formalissime est motus ipsius subiecti, quod non aliter moveretur, nisi per formam in se productam, & receptam, sed motus est idem realiter cum passione, quia de ratione motus est facere, ut subiectum se habeat aliter, quam antea, quod formaliter fit per passionem, ergo actio, & passio erunt idem. Fatetur etiam Arriaz. loc. cit. hoc argumentum in validum esse, quia motus formaliter non consistit in actione, vel passione, sed in receptione formae, seu unionem eius cum subiecto. Sed non satisfactis, nam arguens urgere potest, quod receptio formae ita factio est idem cum motu, & motus consistit in receptione formae, optime deducitur, actionem esse idem realiter cum passione tum quia fallum est, motum formaliter consistere in unionem subiecti cum forma, nam cessante motu illa unio adhuc ex integro permanet, quamdiu compositum durat. Itaque ut constat ex disputatione 15. Phys. qu. 1. & 3. fallat illa maior, & minor, maior quidem quia subiectum formaliter moveri aliter se habere unum, quam prius, per formam novam praescindendo ab agente, ut ibi late explicatur, tum quia dari potest actio sine motu, ut notat Doct. 4. d. 3. q. 5. G. & in 3. d. 2. q. 3. ad 3. nimirum forma introducatur in subiectum, in quo privatio non praecedit duratione formam; Minor etiam est fallata, tum quia dari potest passio sine motu, ut est in qualibet animatione, in qua corpus in eodem instanti completur in esse, & animam recipit, nec motus dicit respectum ad agens, sicut passio, nec passio dicit ordinem ad privationem immediate in subiecto praecedentem, ut dicit motus, quemadmodum fuisse explicatum est loc. cit.

Quarto in conceptu actionis generativae, vel educivae, prout distinguitur a creativa, includitur dependentia a subiecto, ergo actio generativa medi realiter, sed etiam formaliter est passio. Resp. negando illud, sicut enim dicitur generatio, & creatio non differre essentia liter, sed tantum ratione generantis, & creatio generata connotat subiectum, quod fit forma non autem creatio; ita in proposito dici potest actione generativam non includere forma liter

Q. 2

depen-

dependentiam à subiecto, sed radicaliter tantum, & exigitive, quatenus possunt à sua natura allocari cum causalitate subiecti, quam exigentiam non habet adio creativa, quia nullum perit subiectum, immò excludit, ad quod ipsa terminetur.

62. Demum obicitur probando actionem, & passionem esse idem nedum realiter sed etiam formaliter, nam actioeductiva, ut sic est, adus huius in hoc id est agentis in passum ex 3. Phyl. 22. ergo formaliter, ut talis, dicitur ordinem ad principium actuum, & ad subiectum in quo est; passio autem est adus huius ab hoc, id est passivè ab activo, ergo dicitur ordinem ad passum, & principium effectivum, ergo tam actio, quam passio formaliter dicitur ordinem ad eadem extrema, ergo nullum habent distinctionis principium etiam in ordine ad nostrum intellectum hanc asserunt Ovvid. potentioem difficultatem, quæ contra nostram sententiam fieri possit, ideoque adducit ibi solutionem Suarez; quæ etiam iure confutat, quia re vera non satisfaciunt deinde suam adiciit, qui saltem salutare conatur distinctionem formalem, & quoad conceptus, inter actionem, & passionem.

Verum tota difficultas, quam Recentes inveniunt in huius argumenti solutione, procedit ex illo suo principio, quod actio sit in passio, velut in subiecto, sicut enim, & passio, & ambobus respiciat agens in ratione termini, iuxta quem dicendi modum argumentum non modicum infert molestiam, quia actio & passio inter eadem extrema verulant, & sub eadem ratione illa respiciunt nempe passum sub ratione subiecti, & fundamenti, agens autem sub ratione termini; ceterum apud nos actionem subiectantes in agente, non in passio, difficultas nullius est momenti, licet enim tam actio, quam passio eadem extrema respiciat scilicet agens, & passum, non tamen eodem modo, nec sub eadem ratione, quia actio respicit agens, ut fundamentum, & passum ut terminus ipsius actionis, passio vero respicit passum, ut fundamentum, & agens ut terminum, quod universaliter evenit in relationibus mutuis; & hoc palam indicant definitiones actionis, & passionis ab Arist. cit. allegatae 3. Phyl. 22. dum inquit, quod actio est, actus huius in hoc, passio autem, actus huius ab hoc, id est actio est habitudo agentis in passum, & passio contra eam habitudo patientis ad agens, & circa hanc materiam de actione, & passione non est hic amplius immorandum, quia omnia satis patent ex loc. cit. in Phyl. ad quem locum remitto.

Q U Æ S T I O I I.

De potentia subiectiva, & obiectiva, ubi etiam de potentia logica.

63. Circa hanc divisionem potentie in subiectivam, & obiectivam acerrima fuit semper altercatio ad hanc usque tempora inter Thomistas, & Scotistas, quæ tamen nequit esse, nisi de nomine, ut postea constabit ex utriusque explicatione; insinuantur Thomistæ hanc divisionem potentia nullam aliam agnoscere potentiam præter activam, & passivam, & potentiam obiectivam præcipue condemnant, ut merum Scoti figmentum ab eo excoGITATAM ad defendendum actum entitativum, quem illi potentie opponit, & cum eo inquit dividere ens in tota sua latitudine, sic enim ait frequentar actum, & potentiam esse distinctas divilivas ens loc. cit. initio quæ. 1. cap. 1. ad 2. disp. 3. quæst. 1. Sontin. 9. Metaph. qu. 2. lavel. ibid. & Zanard. quæst. 3. Zaberell. lib. 2. demateria cap. 2. Aurelius quoque 1. d. 42. p. 1. art. 3. ex professo hanc potentiam obiectivam impugnât, & inquit hanc potentiam obiectivam nihil esse dictu, nisi tunc capam categoricam, aut candidum syllogismum. Scotistæ contra velis, & remis, ut ajunt, nirtuntur hanc divisionem quæri, ut legitimum, & potentiam obiectivam, ut necessariam cum actu entitativo ei opposito; sed aliquid discrepant in ejus explicatione. Nam aliqui defendunt esse potentiam realem, & positivam omnino distinctam ab activa, & passiva, ita Bonetus lib. 6. sup. Metaph. cap. 3. Gratianus 2. sent. d. 7. q. 1. & alii nonnulli, quia imaginantur ens in potentia dicere modum aliquem positivum efficiendi ejus rei, quæ in potentia esse dicitur, quod est esse diminutum, & imperfectum comparatum, ad illum statum in quo res dicitur esse in actu, & in hoc sensu Thomistæ passim Scot. adhibent sententiam de potentia obiectiva, eo quia 2. d. 26. q. un. 6. rationes illa, distinguunt potentiam, à qua denominatur ens in potentia, à potentia activa, & passiva. Alii vero negant potentiam obiectivam apud Scotum quod reale à parte rei præferre, & inquantum realis est, concedunt non esse distinctam à potentia activa, & passiva, ita Barg. 1. sent. d. 7. Canon. 1. Phyl. 9. art. 1. Rada p. 2. contrrov. 12. art. 2. Arretin. trac. formalit. comment. 12. Vulpes tom. 1. par. 1. disp. 28. art. 2. Saxius tom. 1. fue Catastroph. disp. 13. q. 1. ar. 3. Fab. Theor. 2. c. 5. Meurill. lib. 2. fue Metaph. c. 2. p. 6. q. 1. concl. 3. Raguseus disp. 3. perip. c. 10. & alii Scotistæ passim melioris notæ, quo etiam modo Scoti sententiam intelligit Suarez disp. 31. Met. lec. 3. Rursum discrepant in explicatione potentie obiectivæ Scotistæ, nam aliqui eam distinguunt à potentia logica, ut Bargius, Vulpes, Saxius loc. cit. alii eam prorsus confundunt cum potentia logica, ut Faber. cit. Licet. 9. Metaph. q. 1. se retractat Ragui, & alii quoque citat Sax. loc. cit. q. 3. & etiam loqui videtur Rada loc. cit. immò quidam ex externis in hoc sensu concedunt potentiam obiectivam rebus antequam producantur, sumendo illam non repugnantiam ad produci, ait

Amicus tom. 1. Phyl. trac. 5. qu. 4. dub. 1. Eustach. à S. Paulo 3. par. fue Metaph. trac. de propriet. entis. 2. Pro exalta questione resolutione præmittitur horum terminorum declaratio, ut hinc concludam, quo sentia ad mittenda sit potentia obiectiva, de qua est quæstio, à cæteris distincta.

64. Primo, ut potentia subiectiva, de qua minor est difficultas exordium sumamus, ipsa est secundum quam aliquid est in potentia receptiva ad aliquam formam suscipiendam, five substantialem, five accidentalem, unde ens in potentia subiectiva dicitur omne illud, quod potest recipere aliquid adum substantialem vel accidentalem, de qua potentia locutus est Arist. 7. Met. com. 8. & alibi frequenter, cum materiam primam appellat ens in pura potentia, & huic potentie opponitur actus formalis, nã quod est sic in pura potentia nullum actum formalem habet; & hæc potentia est vera, & realis, fundatur enim in aliqua entitate, ut in subiecto, ac fundamentum, unde communiter ajunt Scotistæ duas conditiones requiri, ut aliquid natiur in potentia subiectiva, una est quod sit, & exilat in rerum natura, & ideo illa, que non existunt, ut Antichristus, vel sola in hyme, non dicitur esse in potentia subiectiva; altera est, quod possit aliquid recipere, & ideo Deus, cum sit purissimus actus, nec aliquid potest recipere, non dicitur in potentia subiectiva. Et hanc explicationem potentie subiectivæ, Doct. lo. assignat 2. d. 12. q. 1. s. q. 1. ut patet videndum, ubi inquit huius dicit in potentia subiectiva, quod est in potentia, ut subiectum, aliquid forme capax. Ex quo colligitur non bene à Canonico loc. cit. explicari potentiam subiectivam, quem sequitur Jo. de Mag. Phyl. qu. 11. cum ait, esse in potentia subiectiva est esse subiectum, vel fundamentum potentie activæ, vel passivæ; ita quod tunc aliquid est in potentia subiectiva, quando talis potentia fundatur in aliqua entitate, ut in subiecto, & fundamento, five sit potentia activa, five passiva, ut ignis calefaciens est in potentia subiectiva, vel fundamentali ad calefaciendum. Hæc, inquam, non est legitima explicatio potentie subiectivæ, quia hæc non attenditur potens potentiam activam, sed passivam aliquid subiecti, potentia liquem recipere formam, ut colligitur ex ipsa nominis etymologia, unde inquit Doct. citato illud dicit in potentia subiectiva, quod est in potentia ut subiectum ad aliquam formam, cum quia si potentia subiectiva diceretur tam in ordine ad potentiam passivam, quam activam, tunc Deus posset dici esse in potentia subiectiva, quia habet potentiam activam, quod tamen a nullo concedendum opinor; attenditur ergo potentia subiectiva præcipue penes potentiam passivam, & ad potentiam passivam reducit, immò ipsa non distinguitur, & ideo dixi ab initio de hac potentia, distinctionem non esse inter Thomistas, & Scotistas, quia gratis tenent Scotistæ potentiam subiectivam cum passiva coincidere, cum hoc locum desermine, quod eadem potentia, & capacitas denominatur passiva in ordine ad agens, à quo pati potest per impressionem formæ, subiectiva vero in ordine ad formam, cuius potest esse subiectum.

65. Secundo potentia obiectiva dicitur illa, secundum quam aliquid est possibile produci, antequam in effectum producat, unde illud dicitur esse ens in potentia obiectiva, quod potest esse obiectum, five terminus aliquid potentie productivæ, ut loquitur Doct. in 2. loco citato, & ex hoc sumpta est etymologia nominis potentie obiectivæ; actus autem huic potentie correspondens non est actus formalis, sed actus existentie, ut constituit quæst. seq. nam illud idem, quod est actus formalis, ut v. forma ignis, vel aquæ, potest esse in potentia obiectiva, & in actu existentie, & per consequens actus non distinguitur ex opposito contra actum existentie, aut potentiam obiectivam. Hinc rursum Scotistæ passim duas pariter requirunt conditiones, ut aliquid dicatur esse in potentia obiectiva, prima est ut illud, quod dicitur esse in potentia obiectiva, non habeat in rerum natura esse actualis existentie, & ideo quicquid existit, & ad extra iam productum est, dici nequit esse in potentia obiectiva; altera est, quod est non sit, tamen illi esse non repugnet per quam conditionem excluduntur ratio rationis, & scilicet, à quibus repugnat esse in rerum natura. Tertiam quoque conditionem addidit Saxius disp. 13. cit. q. 1. art. 1. ab initio, nempe quod esse in potentia, sit etiam possibile futurum, quam conditionem addidit, ut potentiam obiectivam à Log. fecerant, cuius possibile dicitur, quod non implicat contradictionem, five modo sit cum futuritione, five non possibile, autem potentie obiectivæ sumitur ab ipsa potentia in re, sicut à potentia in hærentia alicui, vel determinata ad illud cum futuritione. Hæc tamen conditio minime requiritur ad potentiam obiectivam, nam ut dicit Doct. loco citato, ut aliquid dicatur potentia obiectiva, sufficit quod possit esse terminus, vel obiectum alicuius potentie activæ, five illud sit determinatum ad futuritionem, five non, unde apud Scotum etiam alter Mundus dicitur Deo obiectivè possibile, licet non sit futurus; non ergo ex hoc capite distingui debet potentia obiectiva à potentia logica, sed alioquin, ut mox dicemus, hinc tandem varias Scotistæ inferunt differentias inter potentiam obiectivam, & subiectivam, quas quisque ex eorum notionibus assignatis facile deducere potest.

66. Tertio quamvis omne possibile obiectivum sit etiam possibile logicum, adhuc tamen potentia obiectiva, & logica invicem confundi non debent in suis formalitatibus, nam diversa ratione dicitur aliquid obiectivè possibile, & logicè; potentia igitur logica, ut ait Doct. 1. d. 1. ar. 2. ad 3. qu. 5. ad 2. probationem, & 1. d. 7. ad

ad 4. quæ. K. & d. 20. §. Respondet omitendo Arist. est modus compositionis ab intellectu formatæ illius quidem, cujus termini non includunt contradictionem, & est sola non repugnantia in propositione inter subiectum, & prædicatum in ordine ad intellectum, de qua potentia locutus est Ar. 5. Metaph. de potentia, cum ait illud esse possibile, cuius contrarium non est necessitate verum; unde Doct. loc. c. 1. d. 7. ponit eadem, quod sit ante mundi creationem, non solum mundum non fuisse, sed nec etiam per impossibile Deum adhuc tamè fuisse intellectus aliquid componens hanc, mundus erit, vel mundus potest esse, mundus fuit possibile potentia logica, quia isti termini non repugnant, unde constat potentiam logicam attendi penes ordinem ad intellectum iudicare potentem, quo extrema invicem non repugnant, & possibile logicum esse semper aliquod complexum, ut Antichristum fore, alium mundum esse possibile, & sic potentia logica non reperitur nisi in complexis. Potentia vero obiectiva, ut diximus ex Scot. 2. d. 12. q. 1. §. igitur videndum, est illa, per quam aliquid dicitur possibile, ut terminus potentie activæ alicuius agentis, unde hoc modo dicitur res esse in potentia, quando non est, nisi in virtute productivæ suæ causæ, quo pacto sola in hyme dicitur esse in potentia obiectiva in radice, albedo enim, ait Doct. ibid. esse in potentia obiectiva, quando non est, sicut tamen secundum quid est, quia est in virtute causæ, vel causæ, ut remaneat sola non repugnantia terminorum, res non diceretur possibile obiectivè, sed tantum logicè, unde aliquid esse intellectus componens hanc, mundus est possibile, & nulla est activa virtus mundum producere potens, non diceretur tunc mundus possibile obiectivè, sed tantum logicè; non tamen e contra dari potest casus, quod aliquid sit possibile obiectivè, & non logicè, quia non datur potentia activa respectu impossibilis, & in re repugnantis, unde potentia obiectiva semper supponit potentiam logicam, veluti fundamentum ejus, adeo quod res dicitur prius possibile logicè, quam obiectivè hinc dicitur Doct. 1. d. 36. M. possibiliter obiectivam consequi possibilitatem logicam, & 2. d. 1. q. 2. lit. G. vult in priori signo rem esse in potentia logica, & in posteriori in potentia obiectiva. Hinc possibilitas rei logica à Recentiore appellatur possibilitas intrinseca, & remota, quia res quod ita sit, possibile formaliter habet ex seipis, licet principiativè ab intellectu divino, ut dicitur inferius disp. 8. q. 1. ar. 1. ex Scoto 1. d. 36. & 43. possibilitas vero obiectiva dicitur extrinseca, & proxima, quia resita possibile constituitur per ordinem ad extrinsecam potentiam, a qua est possibile, adeo quod si nulla esset talis potentia, res non amplius diceretur obiectivè possibile, sed tantum logicè, ut amplius declarabitur infra disp. 8. nu. 20. & 21. idem quoque describitur inter potentiam logicam, & obiectivam ponit Doct. 9. Metaph. qu. 2. ab init. ubi & eandem habet doctrinam, ac in locitato in libent.

Quartè ex modo dictis deducitur apud Scotum potentiam Logicam, & obiectivam non esse prorsus eandem, ut perperam Scotistæ quidam loquuntur, nam potentia Logica præcedit obiectivam, ut fundamentum eius, & licet quicquid est obiectivè possibile, sit etiam possibile Logicè, non tamen e contra, Deus namque bene dicit potest possibile Logicè ut notat Doct. 1. d. 1. quatenus non repugnat esse in rerum natura, si enim repugnaret, non esset; adhuc tamen negat dici possibile obiectivè, quia nequit esse terminus, & obiectum potentie activæ alicuius agentis. Tum quia possibilitas obiectiva nequit consistere sine ordine ad potentiam activam agentis potens producere, quod sic dicitur in potentia; ad possibilitas Logicæ considerari potest, licet per impossibile non producat actum, sed recipiat, ut constat in alio exemplo de Deo & fatetur Doct. expressè 1. d. 7. quæ. 1. & d. 26. M. & 9. Met. q. 2. ab initio. Tum quia in productione rei potentia obiectiva recedit, & excluditur per actum existentie, & ad huc ea perfectetur potentia Log. quædam enim existit, tamen non repugnat in rerum natura, ergo non sunt eadem potentia. Tum quia potentia Logica reperitur tantum in complexis, cum sit purum synecgorema, & modus compositionis; obiectiva vero reperitur etiam in incomplexis, nam dicitur, Antichristum esse in potentia obiectiva, & alium quoque mundum. Tum demum id constat ex diversis eorum notionibus, describitur namque potentia Logica quod sit sola non repugnantia terminorum, obiectiva vero quod sit potentia rei producibilis, ut patet à Doct. 1. d. 5. q. 2. & hæc est expressa eius sententia, nam 9. Met. q. 1. & 2. distinguit potentiam Logicam à potentia, ut est differentia entis, qualis est potentia obiectiva, & 1. d. 7. q. un. §. ad quæstionem, dividit potentiam in Logicam, obiectivam, & realem, unde cum membra divisionis non coincidunt, potentia Logica erit membrum distinctum à potentia obiectiva, ut optime notavit Barg. ibid. & rursum 2. d. 12. q. 1. §. igitur videndum, ait in creabilibus obiectivæ non subiciat

68. Quinto præterea ex eodem loco deducit Bargius cum ceteris Scotistis potentiam obiectivam apud Scotum non esse potentiam aliquam in re realem, quia Doct. ibi dividit potentiam in Logicam obiectivam, & realem, nam inquit ibi una modo dicitur potentia Logica, quæ dicit modum compositionis factæ ab intellectu, alio modo dicitur potentia divisa contra actum, & ista non est in Deo, & appellatur potentia obiectiva; tertio modo dicitur potentia realis quæ dicitur potentia agendi, vel patiendi, cum ergo diviso sit per

opposita, vel saltem disparata, sequitur quod potentia obiectiva non erit realis, sic etiam habet 9. Met. in tex. 2. id autem ratio modo probant Scotistæ, Alii ita probant, ens in potentia obiectiva nihil est, ergo neque potentia obiectiva realis erit, quia respectus realis non quod fundari in ente non reali, cum fundatum non sit majoris realitatis, quam fundamentum, probat assumptum Canon. loc. cit. quia si ens in potentia obiectiva diceretur aliquid entitatis eam realem, aut illam haberet a se, aut ab alio non a se, ut patet, si ab alio, ergo ante sui productionem, & existentiam, quam habet in tempore, esset iam productum, & existens. Hæc ratio absolute non concludit, nã inferius disp. 8. qu. 1. art. 3. difficult. 3. nu. 6. ostendo essentiam rei possibile obiectivæ etiam exclusivè existentia dici posse esse reale, & positivum, ut hoc distinguitur à nihilo propriè, & in rigore sumpto, quod nec est, nec realiter, & positivè esse potest, quemadmodum definit illud Doct. quol. 3. ab initio, quamvis ergo fumenodo nihil, ut excludit solummodo actualem entitatem, & existentiam rei, sicuti fumi solent in confuso modo loquendi, ens in potentia obiectiva sit re vera nihil, quia nullam habet actualem entitatem, ut bene probat difficultus Canonici, nam sumendo nihil in rigore pro eo, quod nec est, nec esse potest, quo pacto propriè opponitur enti reali, quod est vel esse potest, si, inquam nihil hoc modo sumatur, fallum est ens in potentia obiectiva esse purum nihil, ut loquitur Canonici, sic enim dicit potest esse reale nominatim, est non verbaliter, ut loc. cit. ex illustrato probatur, potius ergo ex hoc capite potentia obiectiva dici debere potentia realis, ut notat Doct. 9. Met. qu. 2. nu. 6. quia ens in potentia obiectiva est ens reale nominatim, quod describitur illud esse, quod vel est, vel saltem esse potest in rerum natura. Alii probant potentiam obiectivam non esse realem, eo quia fundatur super potentiam Log. quæ non est potentia positiva, sed negativa, utpote negatio repugnantie, seu non implicationis contradictionis, cum ergo fundamentum non sit maioris entitatis, quam fundamentum, immò e contra, sequitur potentiam obiectivam in Logic. fundatam non esse realem. Sed neque hæc probatio concluditur est præcedenti, quia infra eadem d. 8. q. 1. ar. 3. n. 33 ostendo rati us potentiam Log. esse possibilitatem quandam positivam, & non negativam, dumtaxat, unde ex hoc quoque capite potius deduci deberet, potentiam obiectivam esse realem, & positivam.

69. Alii rursum probant potentiam obiectivam non esse realem, quia fundatur in esse cognito rerum, ut patet à Doct. 1. d. 4. ubi inquit, quod in lapide productio in esse cognito infurgit talis potentia, quæ est obiectum potentie, & omnipotentie Dei, quia non repugnat lapidi esse formaliter, & ei repugnat esse a se, ergo potest esse ab alio, & ita super esse cognito fundatur, quod quid est esse cognitum nihil reale dicit, cum ergo fundatum non sit maioris entitatis, quam fundamentum, immò e contra, sequitur quod illa potentia, quæ fundatur in esse cognito, non sit realis, & rationis, ut non est esse reale, & simpliciter, sed secundum quid, & rationis, ut inferius ostendetur d. 8. qu. 1. art. 2. ex Scot. pluribus in locis, ita dicitur Arretin. trac. Formalit. comment. 2. cum aliis Scotistis. Ar. neq; hæc ratio valet, quamvis enim possibilitas obiectiva rerum dici possit fundari in esse cognito, quatenus extrinsecè, & principiativè habet res ab intellectu divino, quod sit Logicè possibile licet formaliter ex seipis, ex Doct. 1. d. 36. & 43. fallum tamen est fundari præcisè in illo esse cognito, quod est denominatum extrinsecè in eas derivata ab actu divini intellectus, quod quidem dicitur esse rationis, saltè materiale, & fundamentale, sed fundatur in esse reali, & positivè, quod ab intellectu divino arringitur eis non repugnare ex suis rationibus formalibus, cuius distinctionis declaratione vide inferius d. 8. n. 17. unde est talis esse, quod ab intellectu divino cognoscitur eis non repugnare, sit esse reale, & positivum non quidem actuale, sed potentiale ab æterno, actuale tamen in tempore, potius ex hoc capite rursum inferri deberet potentiam obiectivam, esse realem, & non rationis.

Ratio itaque sumenda est ex dicendis infra dicit. 8. q. ar. 3. ubi nu. 30. & inde ostendo, quod licet res ab æterno dicantur intrinsecè possibile ex seipis, & principiativè ab intellectu divino loquendo de possibilitate Logica, obiectivæ tamen dicuntur extrinsecè possibile à divina omnipotentia, siquidem rem esse in potentia obiectiva est obiecti virtuti alicuius agentis eam producere valentis, si de res dicitur obiectivè possibile præcisè per denominationem extrinsecam sumpta à potentia activa, que illam producere potest, ex quo evidenter deducitur potentiam obiectivam, ut sic nihil reale, & positivum ponere in rebus sic possibile, sed tantum in casu, quæ fieri possunt, & hinc tandem deducitur potentiam obiectivam quantum ad id reale, quod dicit in re, non esse diversam à potentia activa agentis, nam eadem potentia activa, ut inquit Canonici, quia Deus intrinsecè dicitur potens creaturas, & Antichristum producere, Antichristum quoque dicitur esse in potentia producibilis, & à tali potentia sic denominatur, & in hoc sensu etiam interpretatur Suar. d. cit. 31. sec. 3. Scoti sententiam de potentia obiectiva, qui ex externis melius quovis alio in hoc puncto mentè Doct. percipit, & ideo merè gratis Thomistæ Scot. dicitur, & in hac re; Tū quia si etiam potentia obiectiva sumatur, ut se teneat ex parte rei producibilis, inquit Doct. 1. d. 5. q. 2. lit. T. posse reduci ad potentiam passivam, ait enim quod potentia activæ creaturæ Dei correspondet aliqua passiva quam ipsi vocant (inquit Doct.) potentiam obiectivam, ex quibus verbis Bargius deducit, ibidem Scotum non fuisse inventorem vocabuli potentie obiectivæ, ut ei passim tribuunt Thomistæ, sed antiquis